

VARRO Ling 5.76. noctua quod noctu canit et uigilat *appellata est*. **DRom** *NOCTULA > it. nottola; cast. nochuza > lechuza *per* leche *coniunctum*, *noctua puerum lactante dum eius sanguinem sugeret, quod ad strigem magis admoneret*. [**FREQ** humilis **78** ^{indicia} **4,7** ^{/d.c.m.} **201** **PLAUT**] uocabulum scriptis litterariis omne genus, praecipue exponentibus et pro rata parte satiricis, aptum; omnibus usibus, pro rata parte praecipue quotidianis; et pro rata et uersu; et technicis ad historiam naturalem, medicinam agrique culturam pertinentibus inuenitur; inde ab initiis apparet, saec. ec. abundantius.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	argumentalis	21	2,9
	dramatica	1	2,2
	exponens	32	11
	lyrica	1	3,5
	narratiua	16	3
	satirica	7	36
DIACHRONICA	III-II aec.	1	2,5
	I aec.	2	0,72
	I-II ec.	34	8,8
	III-V ec.	41	4,3
DIAPHASICA	docta	4	1,9
	media	66	4,8
	quotidiana	8	14
DIASTRATICA	litteraria	49	3,6
	technica	29	10
MODUS	prosa	65	4,5
	uersu	13	6,7

¶ **a** (Athene noctua ^{ANDRÉ Ois}) *auem rapacem nocturnam designauit* • *designó un ave rapaz nocturna, la lechuza o mochuelo* [**HYPER** auis rapax nocturna **HYP** strix^a **SIM** cauannus, cicuma, glauca, nocturnus coruus, nycticorax, ulula, uolatica^a] **201** **PLAUT** Men 653. Tu, tu istic, inquam. uin adferri noctuam, quae 'tu tu' usque dicat tibi? **30-15** **PROP** 4.3.59. in finitimo gemuit stans noctua tigno. **30-50** **PHAEDR** 3.16.3. Cicada acerbum noctuae conuicium faciebat, solitae uictum in tenebris quaerere.  **PAUL** FEST 35. Cicuma auis noctua. Ps Dosith Mon 188a. glaux noctua. Vat 436. γλαῦξ, noctua. Ps AUG Reg 2. ulula (quam nos noctuam dicimus). Ps AUG Reg 2. ulula quam nos noctuam dicimus. ISID Orig 12.7.41. Nycticorax ipsa est noctua, quia noctem amat. **GLOSS** 2.134.16. γλαῦξ ὄρνόφιον καὶ νυκτερίς. 2.263.23. γλαῦξ ἡ ὄρνις. 3.319.27. κικκάμη. 5.374.6. naechtraebn (anglosaxon) alii dicunt nectigalae.  *quandoque ab etymologia noctua ad omnes nocturnas aues pertinere uidetur* • *a veces, noctua parece designar genéricamente las aves nocturnas, en consonancia con su etimología* **PLIN** Nat 29.117. axio noctuarum est id genus.

auis nocturna unguibus praedita • *ave nocturna y provista de garras* **79** **PLIN** Nat 10.34. uncus ungues et nocturnae aues habent, ut noctuae, bubo, ululae. **210-213** **TERT** Anim 32.12. contraria lumini ... talpas uesperugines noctuas. **378-380** **AMBR** Hex 5.83. De nocturnis auibus ... de noctua. **400** **EUSTATH** Basil 8.7. noctuae lucifugae sunt.  **PHILARG** Verg Georg 1.403. noctua auis est lucifuga.

bubone magnitudine minor • *de menor tamaño que el búho* **79** **PLIN** Nat 10.68. otus bubone minor est, noctuis maior.  **SERV** Aen 12.863. CULMINIBUS DESERTIS noctuam dicit, non bubonem; nam ait 'alitis in paruae': bubo autem maior est.

nocturnus eius cantus perspicuus erat, immo uesperascens • *era característico su canto nocturno, o mejor vespertino* [**DOM** serus] **37-29** **VERG** Georg 1.403. solis ... occasum seruans de culmine summo nequiquam seros exercet noctua cantus. **125** **APUL** Flor 13. natura ... cantum commodauit ... noctuis serum. **353-431** **PAUL** NOL Epist 40.6. illam auem ... quam appellamus noctuam, quia secreto noctibus cantus exerceat et uolatus. **386** **AVIEN** Arat 1741. Tempore tum proprio modulatur noctua carmen.  **PHILARG** Verg Georg 1.403. noctua ... significat pluuiam, si cecinerit post solis occasum.

qui gemulus seu querulus dicebatur • *calificado de 'suave' o 'bajo', y a veces consolador* [**DOM** gemus, querulus] **125** **APUL** Flor 13. occinunt et occipiunt carmine ... bubones gemulo, ululae querulo, noctuae intorto. **378-380** **AMBR** Hex 5.85. Habet etiam nox carmina sua, quibus uigilias hominum mulcere consueuit; habet et noctua suos cantus.

de eius moribus id comprehendebatur, quod auis ignaua esset • *de sus costumbres se infería que era ave perezosa* **370-400** **PHYSIOGN** 129. Noctua, quae graece γλαῦξ dicitur, animal est ignauum, mutabile, nunquam in isdem permanens locis, sine affectu adeo ut pullos non ipsa educet, masculus enim educat filios, cum pullis conuenit, uariis locis habitat, mediis in muris commoratur: adeo pigra est.

inde homines ei referentes (!) eius moribus similes uidebantur • *de donde se extrajeron conclusiones morales acerca de las personas que se parecían (!) a ellas* **370-400** **PHYSIOGN** 129. Mulier quae ad noctuae similitudinem refertur ... erit ... nec filiis fidelis nec marito, parsimoniae ignara, manu iners, linguae indulgens.

in aucupatione forsitan ea utebatur • *quizás fue utilizada en cetrería* **100-199** **PS** BALB Nugis 28. Miles peritus aucupii noctuam, quae Caesaris noctes inquietauerat, spe ingentis praemii captam tulit ad Caesarem. **380-430** **PALLAD** 10.18.12. in amibitus adparetur aucupium noctuae ceteraque instrumenta capturae. **384-440** **MACR** Sat 2.4.26. Caesar inquietas noctes agebat rumpente somnum eius crebro noctuae cantu. Prendendam curauit noctuam. Miles aucupii peritus ... pertulit.

de eius uita commenta fiebant, quomodo pulli a cauda ex ouibus exirent • *se fantaseaba acerca de su etología, pues se creía que las crías salían de los huevos mostrando primero la cola* **79** **PLIN** Nat 10.38. Hylas ... tradit noctuam ... a cauda de ouo exire.

seu Creta insula eis letalis esset • *o que la isla de Creta les resultaba mortal* **79** **PLIN** Nat 10.76. noctuarum genus in Creta insula non esse, etiam, si qua inuecta sit, emori. **350** **SOL** 11.14. Auem noctuam Creta non habet et si inuehatur, emoritur.  **ISID** Orig 14.6.16. Creta ferarum noxia nusquam gignit; serpens nulla ibi, nulla noctua, et si inueniatur, statim emoritur.

quae omnia Christianis scriptoribus ridicula uidebantur • *lo cual resultaba ridículo a los escritores cristianos* **384** **HIER** Epist 40.2. Placet mihi de laruis, de noctua, de bubone, de Niliacis ridere portents.

inimicitias auibus, cornicibus aliisque minoribus, habuit • *mantuvo enemistades con otras aves, como la corneja y otras menores* **79** **PLIN** Nat 10.203. dissident ... cornices atque noctua ... noctuae et ceterae minores aues.

insectis quoque, qualis apicula • *y con insectos, como la abeja* **180** **HYG** Fab 136.4. Polyidus dum auguratur uidit noctuam super cellam uinariam sedentem atque apes fugantem.

pluuias tempestatesque nuntiabat • *era anunciadora de lluvias o tormentas* **37-29** **VERG** Georg 1.403. **79** **PLIN** Nat 18.362. praesagit noctua in imbre garrula – at sereno tempestatem –.

oculorum eius acies per noctem maxima, per diem minima erat • *se consideraba excelente su vista nocturna y muy mala la diurna* **80-85** **MART** Epigr 3.93.10. Cum tibi trecenti consules ... sint ... uideasque quantum noctuae uident mane. **353-431** **PAUL** NOL Epist 40.6. noctuam noctis in tenebris magis cernere, et in lumine caecutire.

in hoc aquilae differebat, diurnam aciem exhibenti • *lo cual la oponía al águila, ejemplo de visión diurna* **80-85** **MART** Epigr 10.100.4. Quid congregare cum leonibus uolpes aquilisque similes facere noctuas quaeris? **210-213** **TERT** Anim 8.4. Solem noctuae nesciunt oculis; aquilae ... sustinent. 8.5. Sol ... quod aquila confiteatur, neget noctua.

quippe quae animal putabatur tenebrarum consuetudinem fouens, obscurum et caligans • *y fue considerada en general como un ser habituado a la oscuridad y, por tanto, a lo tenebroso* **80-85** **MART** Epigr 11.34.1. Aedes emit Aper, sed quas nec noctua uellet esse suas: adeo nigra uetusque casa est. **378-380** **AMBR** Hex 5.86. Noctua ipsa quemadmodum magnis et glaucis oculorum pupillis nocturnarum tenebrarum caligantem non sentit horrorem.  **ANTH** 762.40. Noctua lucifuga.

CHRIS auis deserta et secreta amans exemplar uetustorum obsoletorumque uidebatur, scriptoribus praesertim Christianibus de antiquis deis loquentibus, quorum templa in fine Antiquitatis iam deserta erant harum auium tantum habitatio, quae illic delitescebant a periculis remotae • *esta afición a lo desértico y apartado hizo consider a la lechuza como paradigma de lo olvidado y en desuso, especialmente cuando los autores cristianos hablaban de los dioses paganos, cuyos templos al final de la Antigüedad ya habían caído en el abandono y se habían convertido en residencia de estas aves, que vivían allí lejos de peligros* **403** **HIER** Epist 107.2. Dii quondam nationum cum bubonibus et noctuis in solis culminibus remanserunt.

CHRIS noctuis bene per noctem, male per diem uidentibus, Christiani auctores hoc abundanter usi sunt quasi oxymoro modo, cum antiquorum deorum assectatores in obscuritate sua sapientes ipsos deos uideant, Christianae fidei lucem non uideant • *el hecho de ver bien por la noche y mal durante el día supuso un oxímoron bien utilizado por los escritores cristianos para identificar al descreído, soberbio y pagado de sus capacidades mentales, que ve en la oscuridad del paganismo y es ciego para la luz de la revelación cristiana* **378-380** **AMBR** Hex 5.86. aliqui a fide deuii cum euipiunt subtilibus uolare sermonibus, quasi noctuae in lumine euauerunt. **400** **EUSTATH** Basil 8.7. Quomodo etiam noctuarum oculis similes habentur saecularis sapientiae professores. Nam et illarum aspectus noctibus quidem acrior est, exorto autem sole caecatur, sicut istorum cum sit acutissimus ad contemplandam uanitatem sensus, erga inquisitionem uerae lucis hebescit.

[**DOM** uocem edere cucubire, ululare] **121** **SUET** Prata 161. noctuarum cucubire.  **ANTH** 762.40. Noctua lucifuga cucubit in tenebris. 762.41. ululant ululae lugubri uoce canentes.

b **MED** quaedam noctuae partes medicis profuerunt, quales cerebrum seu iecur contra parotidas uentia • *algunas partes de su cuerpo tuvieron aplicaciones medicinales; así, su cerebro o su hígado fueron considerados remedios contra las parótidas* **47** **SCRIB** LARG 43. Ad parotidas conuenit noctuae cerebellum. **79** **PLIN** Nat 29.143. parotidas comprimit ... noctuae cerebrum uel iocur. **300-350** **PLIN** Med 1.7.1. noctuae cerebrum uel iecur ... parotidi ... inlinuntur. **395-415** **MARCELL** 15.54. Noctuae iecur ... celeriter parotidum uitium omne persanat. 15.125. Ad parotidas conuenit noctuae cerebellum butyro mixtum adponi; discutit enim fere eas sine dolore et molestia.

item contra bestiarum aculeos • *y resultaba de utilidad contra la picadura de los insectos* **79** **PLIN** Nat 29.92. Noctua apibus contraria et uespis crabronibusque et sanguisugis.

ut capitis doloribus conuenientia • *para los dolores de cabeza* **79** **PLIN** Nat 29.113. capitis doloribus remedio sunt ... cornicis cerebrum coctum in cibo sumptum uel noctuae.

seu anginis • *las anginas* **79** **PLIN** Nat 30.33. anginis ... succurritur ... cerebro noctuae.

immo oua ebriosum temperantem faciebant, uino permixto certe sumpta • *e incluso en el borracho podían generar aversión al vino si se tomaban sus huevos, eso sí, mezclados con el morapio* **79** **PLIN** Nat 30.145. Ebriosis oua noctuae per triduum data in uino taedium eius adducunt.

c **AGR** gallinis nutricandis utile certe fuit • *debió resultar de utilidad en la cría de las gallinas* **79** **PLIN** Nat 10.157. gallinis cibus alium cum farre aut aqua perfusus, in qua maouerit noctua.

immo cadauer, agricolis magiam facientibus, grandinem fugare dicebatur • *y, en plena magia campesina, se afirmaba que su cadáver ahuyentaba el granizo* **380-430** **PALLAD** 1.35.1. Contra grandinem ... noctua pennis patentibus extensa suffigitur.

et cor contra formicas ualens • *y que su corazón era un buen repelente de las hormigas* **380-430** **PALLAD** 1.35.2. Contra formicas, si in horto habent foramen, cor noctuae admoveamus.

d1 Nyctimene uirginitatem suam per siluas fouens in noctuam conuersa est minime cum hominibus sociatura • *Nyctimene, que había protegido su virginidad ocultándose en los bosques, fue convertida en este animal en consonancia con sus hábitos poco sociables* **180** **HYG** Fab 204.1. Nyctimenen Epopeus pater uenerat incensus compressit, quae pudore tacta siluis occultabatur. quam Minerua miserata in noctuam transformauit, quae pudoris causa in lucem non prodit sed noctu paret.

seu conscientia patris ut illi concuberet incitati • *o bien quizás por los remordimiento de haber inducido a su propio padre a yacer con ella*  **LACT** Theb 3.507. Nycteus agnitam inter ipsos amplexus filiam cum uoluisset extinguere, illa Mineruae implorauit auxilium. Cuius protectione periculo est erepta uersaque in auem, quae ex conscientia commissi facinoris diei fugit aspectum et Mineruae tutelae dicata est. **PHILARG** Verg Georg 1.403. Nyctimone postquam cum patre concubuit et agnouit facinus, se in siluis abdidit et lucem refugit, ubi deorum uoluntate conuersa est in auem. Item: Nyctimone, Epopei filia, a Corymbo hospite compressa iram patris timens in siluis profugit, quae misericordia Mineruae in noctuam mutata est.

d2 noctua, uirginitatem amans, a Minerua dilecta fuit • *por su amor a la virginidad, la lechuza fue querida de Minerva* **348-405** **PRUD** C Symm 2.1.573. tritonia noctua. **410-420** **PS** ALEX C Dind coll 2.19. Mineruae noctua consecratur.

(^aictinus^a) in cuius Athenis templo, i. e. Parthenone, pictura quaedam noctuam figurabat acie alliciendi quascumque aues potentem • *en cuyo templo de Atenas, el Partenón, una pintura figuraba este animal, dotado del poder de atraer con su mirada cualquier otro ave* **350-385** **AUSON** Idyll 10.309. in arce Mineruae Ictinus, magico cui noctua perlita fuco allicit omne genus uolucres, perimitque tuendo.

ab hoc doctam Atheneam referente, titulus Thysdri interpretari potest, quo noctua togata, quasi magistra, minores aues, et eas inuidia affectas, despicit • *quizás en el contexto de la sabia Atenea se podría interpretar la inscripción encontrada en El Djem, que representa una lechuza togada (esto es, sabia maestra) despreciando aves menores que mueren de envidia* **200-300** **HD** 51093 Thysdri, in Africa Proc. Inuidia rapuntur aues neque noctua curat.

e *ales auguralis a uolatu fuit, quod passim sciebatur, immo a Christianis auctoribus, superstitionem mordentibus, indicata; et dira nuntiare poterat* • *fue ave agorera por su presencia voladora, característica sabida de todos, aunque fuera mencionada entre los cristianos para criticar tal superstición; podía traer augurios tanto malos* [**HYPER** ales auguralis] **348-405** **PRUD** C Symm 2.1.573. Nullane tristificis tritonia noctua Carris aduolitans, praesto esse deam praenuntia Crasso prodidit?

et fausta • *como buenos* **350** **IUST** 23.4.10. Pyrrho adulescenti quoque prima bella ineunti aquila in clipeo, noctua in hasta consedit. Quod ostentum et consilio cautum et manu promptum regemque futurum significabat.

f *immundum Iudaeis animal* • *animal inmundo para los judíos* [**HYPER** immundum Iudaeis animal] **390-406** **VULG** Leu 11.16. quae de auibus comedere non debetis et uitanda sunt uobis ... noctuam.  **384** **HIER** Epist 22.27. Sunt quae ciliciis uestiuntur, et cucullis fabrefactis, ut ad infantiam redeant, imitantur noctuas et bubones.